

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque  
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

Cap. VI. Specialis aliquorum perfectorum ad animas iuuandas vocatio; &  
inanis eorundem timores, & excusationes, earumque pœnæ; obedientia  
item tali vocationi adhibenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

## CAPVT VI.

SPECIALIS ALIQUORVM PÆFECTORVM AD  
nimas innandas vocatio, & mænes eorundem timores, excusationes, ea-  
rumque pœnae; obedientia item talis vocationi adh. benda.



CANT. S. 2

PÆCIALIS vocatio, qua Dominus noster vitos in-  
valde perfectos vocat, & eos præcipue, qui valde sunt  
exercitati in operibus vita contemplativa: vt prodeant  
ad exercenda vita actiua opera erga proximos, minima  
est delineata in libro Canticorum, postquam sponsi  
ad excelsum adeo perfectionis culmen peruenierat, vi-  
diceret a ego dormio, & cor meum vigilat absorptum  
contemplatione Dei: ad omnia, quæ mundi essent de-  
miebat; ad ea tantum vigilans, quæ sui erant dilecti: in quo totum corpus  
& cogitationes omnes, ac desideria collocauerat amore valde accensu.  
Ad cuius ita constituta aures vox infonuit cœlestis eius sponsi, tenuiter  
dicentis: aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quæ  
caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis nocturni. Sed priusquam  
profundum hoc amoris pelagus ingrediatur: videamus, quo modo se po-  
sibile quod cum anima adeo sit iusta, & perfecta: quemadmodum primi  
huius colloquij verba significant: Deus tamen extra eius domum esse di-  
catur, & ostium pulsare, ac petere sibi aperiri ut ingredi possit: cum Deus  
semper sit intra ipsos iustos, per gratiam, & Charitatem eis uinitus, utrum-  
que tamen horum & verum est, & certum. Cum enim Dominus noster  
sit in animabus iustis per effectus iustitiae, quos in eis efficit: postquam  
eas per iustificationem est ingressus, sepe pulsat, sibi que aperiri petit: ut  
ingressus per earum consensum & voluntatem, reliqua faciat, quæ ad eorum  
profectum & perfectionem propriam spectant; & postquam id obtinuit,  
pulsat etiam nocte, desiderans adhuc intrare ad eorum corda: ut effectus  
excitet amoris proximorum, ac zeli exequendi ad laborandum pro eorum  
salute ac perfectione. Et quamdiu hos effectus non efficit; nec anima ipsa  
ad eos suscipiendo se disponit: censetur ille extra eam manere, pulsans  
inspirationibus suis, ut sibi aditus pateat, remotis impedimentis, quæ in ea  
sunt ad tantam gratiam & fauorem suscipendum.

## § I.

**S**E quis porrò explicare ouerit causas, & titulos, quibus uititur spon-  
sus, dum ita pulsatur, ut sibi aperiatur? Primum enim reuocat anima in-  
memoriam beneficia ipsi collata in die iustificationis, ac ceteris die-  
bus, quibus de ipso profectu egit. Quasi diceret: memento quod feci.

I.

rim te sororem meam per esse gratias; amicam, per charitatem; columbam, per unionem cum Spiritu Sancto; immaculatam meam propter cordis puritatem. Cur ergo non aperies ei, qui tot beneficijs te affecit; & cupit intrare, ut alijs non minoribus te afficiat? Noli satis tibi esse existimare, quod haec bona tibi soli habeas; aperi mihi ut prodeamus ad lucrandois alios fratres, alios amicos, alias columbas, & alias animas formosas: ut mea Patrisque mei gloria dilatetur. Cum igitur columba sit avis fœcunda; veni, columba mea, ut mecum gignas filios gratias, meæque gloriae heredes.

Statim etiam subiicit titulos charitatis, assumptos ex necessitate, quia proximi laborant; ideoque dicit ei: attende quia caput meum plenum est rore, & cinni mei guttis noctium. a Caput Christi quia homo est ( ut ait Apostolus) est Deus. Et hoc ( ait S. Gregorius ) esse plenum rore aut pruina, cum sanctum eius nomen ab infidelibus blasphematur; a peccatoribus contemnitur; & a tepidis irreuerenter tractatur. Cinni huius capitum sunt Christiani, coniurati cum eo per fidem: qui tamen pleni sunt guttis noctium, cum in eis deficit charitas; suntque oppressi glacie multorum peccatorum, ac tenebris ignorantiae, & valde errantibus iudicis. Et quamvis ipsi sint iusti, sunt tamen affliti persecutionibus, calumniis, & calamitibus. Si itaque Christum diligis, habesque talentum, & facultates ad ipsum in hac necessitate iuuandum, cur eius pulsus non audis? Offerens te ipsum ad remouendas pro viribus blasphemias, iniurias, & peccata, quæ in eius caput, cinnosque decidunt? propugnans eius honorem & temores a fidelibus tot culparum guttas, & afflictis subsidium in eorum mileritis ferens.

Sed audi tertium, titulum quem proponit, ob utilitatem, & mercede quam pro hoc seruitio tibi offert. Qui titulus ( ut ait S. Paulinus ) etiam continetur in eo, cum dicitur: caput meum plenum est rore, & cinni mei guttis noctium: intelligit enim per rorem, abundantiam gratiarum, donorumque celestium; quibus illud est plenum, ob infinitam Divinitatis Christi eminentiam; ac similiter intelligit partem superiorum spiritus sui in quo reconditi sunt oes thesauri sapientie & scientie Dei; ex quo fluunt ad cinnos, hoc est ad electos, quibus has gratias comunicat instar guttarum: nam collata cum immenso eius rore, valde sunt parvae; etiam cum in seipso sunt valde magna. Sunt tam guttae noctu decidentes etiam cum ipsa serena est, & clara: quia comunicantur cum magna conscientia quiete, & serenitate, & cum claritate maioris cognitionis, quam antiquis: licet in ipso fundamento adsit etiam fidei obscuritas. Si igitur cupis benedictionibus celestibus locupletari: aperi mihi ( ait Saluator, ) & annue petitioni meæ. Tunc enim ingrediat ego in cor tuum cum Divinitate mea, & cum spiritu meo caelesti

2  
a. Corin. II.  
3. In Cant. 5.

3  
Epist. 4. vi  
de Martin.  
det. Rio.

Ita Titel.  
manus.

tore pleno, ad temperandum ardorem concupiscentiarum & cupiditatem tuarum; ad corroborandam animam tuam exercitiis sanctorum operum, variasque cœlestium gratiarum guttas communicandas. Quemadmodum enim *b* ros totius terræ receptus fuit in vellere Gedeonis & ipse dexter consurgens expresso vellere, concham vore impletuit; ita *c* grata omnes dianæ cœlestia collecta sunt in spiritu meo absque mensuræ; quæ tamen dona non mihi soli referuo; sed electos meos facit eorum participes; replens fiduciæ hæc vasæ, vt gratiæ meæ efficacitas magis eluceat. Quod si tu cum Gedeone nocte consurgas, ostiumque aperias, vt ad te aditus pateat; replete tantâ copiâ guttarum roris mei, vt quemuis laborem tibi reddantem ac iucundum.

*4* Q u o d s i quattuor alium titulum ab exemplo meo desumptum habemus; attende quid ego fecerim, dum inter vos agerem in mortali & patibili corpore: & agnoscetis me ab ipso vita exordio, vñque ad eius exitum, plenum semper fuisse torem & pruina, congelatisque guttis noctium sustinendo innumeros labores, vt efficacius peccatores vocarem, & converterem & omnibus hominibus benefacerem. Propterea natus sum in media hyeme nocti, & in tugurio, incommidis temporis valde exposito; noctu emi fugiens in Ægyptum; & per multas noctes ambulans per desertum unquam fugitiuus. In alio deserto mansi quadraginta diebus, & quadriginta noctibus nihil comedens, dormiens super pauplentum, expolitus vento; quamdiu prædicau, noctes expendebam in montibus, orans pro vestro remedio; tollerans noctis torem, vt vobis torem gratiæ compararem. Denique in nocte meæ Passionis cecidit super caput meum magno impetu gelu peccatorum hominum, & inundationes iniuriarum, & contemptuum; sudaui sanguinem guttarum, quem tamen postea magno impetu per flagella ex toto corpore, & per vulnera peduro ac manuum, ac per foramina, quæ spinæ aperuerunt in capite meo effundi. Que omniam ego fecerim ob utilitatem animalium: cur non aperties mihi, & replem offeres ad aliquid pro eisdem faciendum? Denique omnes vites intendit aditum quinto titulo interni amoris, quem erga suam sponsam Ecclesiam gerit; cum insinuat, se caput habere apertum absque pileo, aut alio regimento. Quod signum erat captiuorum & victorum, in signum luctationis ac subiectionis; iuxta illud Moysis dicentis, quod dimicant ut intellexint captivi nudato capite. Venit itaque hic Dominus, vt pulset ad ostia spousæ suæ, quasi captivus & victus amore eius, & omnium animalium & optans, vt & illæ ipsi se tradant, & quasi eodem amore captiæ esse edant. Quod sufficere debet cuius amanti, vt studeat animas aliquas lucrari, quæ Dominum ipsum diligant. O Saluator dulcissime: quis adeò eruditus ac pertinax, vt aures suas occludat benevolæ adeò vocationi;

*Den. 32. 42.*

nouerit

nouerit te esse vocantem, & quanto afficiari gaudio, si tuis pareat dictis.

§. II.

**S**ED audiamus, quid sponsa iucundæ ad eō vocationi respondeat. *Expoñam, inquit, me tunica mea quomodo induar illa?* Arque si diceret: graue mihi estē lectulo surgere, vt ianuam ei aperiam: ne iterum cogat vestem induere, quam exui. *Lati pedes meos, quomodo inquinabo illos?* si enim terram calcauero, maculabuntur. In hac sponsæ sententia duo excusationum genera intelligi possunt, quas homines habent, ne statim Dei vacatio- ni pareant. Aliae sunt propriæ otiorum, pigrorum, ac deliciis deditorum, qui sunt hostes crucis ac laboris: ac propterea refugiunt officium ac mi- nisterium onerosum, & curam animatum, præcipue si non ad eō sit hono- rificum, nec lucrum adferat, quale ipsa caro desiderat. Et hoc significat (vt inquit Theodoretus) quod dicit: *expoliani me tunica mea, quomodo induar illa?* Quemadmodum enim homines, qui modicam, & quasi obiter dormire volunt, vt suæ necessitatí satisfaciant, vt fieri solet circa meridiem, non se omnino exuunt; sed sedent in aliqua sede, aut vestibus induiti facient in lecto: & statim atque vocantur, festinanter surgunt: quando aurem maiori cum quiete noctu dormire volunt, exuunt se, & iacent in lecto: quod si è somno excitentur, torpescunt ad surgendum; & respondent: extra tempus, & opportunitatem se vocari: sicut a respondit amicus ille amico suo pulsanti media nocte ad ianuam, ac petenti tres panes: excusauit enim se dicens: *se iam in cubili esse nec posse surgere:* ita etiam viri valde fetuentes ac perfecti somnum & delicias huius vita valde obiter ad- mittunt, & solūn, vt suæ necessitatí satisfaciant: b. ventes (vt ait Apo- stolus) *hoc mundo quasi non vivantur:* Ideoque vocati à Deo ad res obsequij eius, quale est Confessiones audire, cōcionari, & proximos morituros adjuvare: statim, valdeque facilè surgunt; & ad id, quod iniungitur, accur- runt, dicentes cū Samuele, cū media nocte à Domino vocaretur: c. *Ecco ego vocasti enim me.* Tepidi autem & imperfecti maiorī cū mora, & quasi per- manenter iuscipiunt carnis delicias, quibus ex corde adhærescant. Ideoque graueri ferunt è lecto surgere, in quo veriunt se tanqñ ostiū in cardine suo: & quando Deus eos vocat ad res alicuius laboris, adinueniunt excusationes, ne eas aggrediantur; aut in aliud tempus reiiciunt, dicentes: *expoliani me tunica mea: quomodo statim induar illa?* redeat postea: quia nunc non est op- portunum. O execrandam pigritudinem, quæ talē excogitas excusationem, ne facias, quod Deus iubet! Et quodnam, quæso, tempus aptius ad laborem erit, quā, quo te vocat, qui est temporū Dñis totq; beneficijs obstrictū te ha- bet, vt ei prōprie obediās? Propterea enim dixit Salomō: *e ne dicas amicō tuo: vade, & renescere: cras dabo tibi; cum statim possis dare.* Cū ligatur Deus non requirat à te, nisi quod potes facere: cur eum in aliud reiicis tempus?

Vide. Titel.

a Luca. 11,5.

b. Corin. 9,11.

c. 1. Reg. 3,5.

d. Proph. 26,14.

e. Prover. 3,28.

ALIAS

ALIAS excusationes adhibent homines Deum timentes, propterea profectus cupidi: sub praetextu scilicet, ac zelo non deficiendi in rebus sue perfectionis; & ob timorem non reddendi bonam rationem officii, quod sibi iniungitur. Et hoc Spiritu respondent ( ut explicat Sacerdos Gregorius ) Domino ipsos vocanti: *expolia me tunica mea, bonis tuis temporalibus, retumque temporalium curas deposui, quomodo ergo in te illa, et officium luscipiam Prae lati plenum terrenis curis? Lam pedes meos affectibus terrenis, purificans me pro viribus a culpis etiam leuis, quomodo ergo officium acceptabo alios iuuandi, in quo illos inquinabolo?* quidem cum periculo grauiores culpas contrahendi? Non satis est, quod qui me vocat, sit Deus: quia imbecillitas mea est magna. Nam etiam vocavit & elegit f. Moysen & Aaron & Heli in Lege veteri; & Iudam aliquique multos in Lege Nova: quorum quidam in re aliqua grauiter impegerunt alij verò & impegerunt, & suâ culpâ perierunt: nolle ego in huiusmodi infelicitatem incidere. Haec excusatio est eorum, qui maximè sunt spirituales. Quæ aliquando prouenit ex eo, quod plus quam par est, interioris collectioni adhaerent: ne voluptate illa priuentur, qua ibi afficiuntur. Interdum etiam prouenit ex solo timore suæ perditionis; & ne eum offendant, cui maximè placere intendunt. Nam reuera est difficile ( ut predictum est ) versari inter spinas, & ab eis non pungi; & calcare ( ut ait S. Hyeronimus ) terram pedibus ita, ut nec puluis nec lutum eis adhaerat. E propter huiusmodi timorem proponunt Domino nostro difficultatem; non ut laborem officij, sed ut periculum, quod in eo timent etiabantur.

AUDIENS Sponsus responsum Sponsæ suæ, & causas quibus illa insinbatur: voluit, efficaciori vocatione eam vocare, ne torpesceret, & timeret: ideoque illa addit: *g dilectus meus misit manum suam per foramen pessulum ostij mei remoueret, & venter meus intremuit ad radum eius.* habens enim dilectissimus hic Dominus manum omnipotentis lucis, penetrat per foramen luminis naturalis, & fidei; & illustrat intellectu mox cœlestis lucis abundantia, ut lentiat anima vim & efficacitatem quatuor titulorum, quos Sponsus, dum eam vocat, proponit; & ita Spiritum accipiat, ut excusationum pessulum, & impedimenta remoueat, quæ habet, aut habere se fingit: ne suam deserat recollectionem, & obedientiam, quæ ipse iubet. Quæ videns hac luce extremam fidelium necessitatem, & auxilia, quæ Deus ipsi adeos iuuandos offert, & iucundam adeo sufficiam, qua Sponsus id perit: totum eius cor ac vitrea contempscant; & aff. & tib. amoris & compassionis ita emolliantur, ut statim surget ut aperte dilectio suo, excrescendo omnem torporem, & ostendendo verum ac solidum erga ipsum amorem. Sed quomodo surrexit? *Manus mea inquit*

f Exod. 3:10.  
c. 4:15

Epist. ad  
Damatum  
de 1. Ioseph  
visione.  
S. Aug.  
Tract. 56.  
& 57. in  
Ioan.

3  
g Cant. 5: 4.

stillauerunt myrrham, & dixit me pleni myrrha probatissima. Auxilio enim quod ei potens manus Dei praestitit; manus eius, hoc est animae facultates, producere cœperunt myrrham excellentis mortificationis, qua repleuit omnes digitos affectuum suorum, & opera ipsa particularia in magna copia, sed cum magna prudentia: ut quæcumque haberet impedimenta, remouerer. Idec quæ ait: *pessulum ostium mei aperi a dilecto mio* Poruisset procul dubio Dominus noster manu sua omnipotentia solus remouere pessulum que opus perficere: non tamen id vult; sed ut etiam ipsa anima surgat, suasque manus conjungat manibus Dei, ut simul ostium aperiantur. Deus eam præuenit gratia excitante, & continuo suo auxilio eam iuuat, ac fovet iuxta illud Apostoli: *h laboravi, non ego sed gratia Dei mecum gratia* enim eius præcipue totum hoc opus perficit. Illa enim efficit, ut manus repluantur myrrha, non quacunq' que, sed probatissima, & purissima: talis enim esse debet mortificatio Prælatorum, & operariorum Euangelicorum: ut mortificant corporem, delicias, & honorem, propriasque voluntatem ac iudicium; & quod amplius est, etiam nimium affectum ad hanc recollectionem, & spirituales delicias: cum etiam his amor proprius soueri soleat, quin retrahunt hominem, ne accedat ad ea, quæ iubet Deus. Nec dixit os stillasse myrrham, sed manus præcedere enim debet operum mortificatio eiusdem prædicationem; immo in ipsamet eius predicatione debeat eius opus exerceri, studendo in omnibus placere Deo, & non hominibus, nisi ob solum eius amorem. Haec etiam gratia est, quæ præcipue aperit ostium cordis, & fidei, ac obedientiae aures: pessulum remouens, quo occluso editum Deo prohibebant, magnos adferenti thesauros in auxilium aperientis. Quamuis autem multi sint obices hunc Dei ingressum prohibentes, solius tamen pessuli meminit: quia omnes ut plurimum uno præcipue detinentur, qui ceterorum sit radix. In aliis enim pessulus est superbia, & honoris ambitio; in aliis ignorantia, & affectus ad felicias: unusquisque autem illum obicem auferre debet, qui maximè ipsi est impedimento; non quæ est melior ratio illum remouendi, quam incipere tam exercere officium, & ministeria, quæ Deus iniungit, obedientendo in exacta fidelitate exæcutione. Et hoc, ait Rupertus significare etiam ponsam, cum dixit: *pessulum ostium mei aperiui*, hoc est silentium, quo eius os erat occlusum. Nam prius ob contemplationis amorem firmiter decreverat silentij virtutem amplecti; & ita suum os claudere, ut non se immitteret colloquiis proximorum. Cum autem voluntatem Dei agnouit ipsam vocantis ad hoc munus, remouit pessulum, & rumpens silentium, cœpit prædicare, & cum omnibus agere, ut illos lucraretur, & ad gloriam dilecti sui ædificaret.

ht. Corin. 15  
10.Ita Guilhel.  
muss.Vide Martii.  
Del. R. 10.

## § III.

**V**T autem appareat, quām sit iustus Deus noster; & quōd nō la  
culpam etiam leuem relinquat impunitam; & quōd hec resistem  
& mora in obediendo sibi displiceat si nimia sit, etiam cum spes  
præfert maioris boni: addit statim sponsa, quōd cū illa pessimum per-  
illset dilecto suo, ille declinauerat atque transferat: quia subtraxit ei Iesus  
les consolationes ac delicias, quibus eam solebat emollire: vt ex hac pena  
& culpam suam cognosceret, & cautior redderetur, ne in posterum or-  
deret resistere. Ut ex hoc, qui valde sunt addicti contemplationi  
quieti suæ, timeant, cūm hanc ob causam Diuinæ vocationi resistant.  
Enim in hac sua repugnancia persistant, amittent bonum, quod habent,  
& cuius iacturam timebant, si exirent ad agendum cum alijs, eam facient  
ēd quōd non obdiant: non enim angulus & solitudo corporalis est, quae  
delectationem & seruorem in oratione ad fert; sed prouidentia & libe-  
litas Dei: qui etiam in angulo seruorem negabit, cūni ex propria voluntate  
in eo quis velit herere; dabit vero illum exequitio publicum, repre-  
reat Diuinæ. Et hic nouus quidam est titulus, eos obligans ad audiendum  
Diuinam vocationem; vt conseruetur & augmatur bonum, quod accep-  
runt. Merito enim sibi debent persuadere, omnes fauores & consolacio-  
nes à Deo sibi communicatas, dirigi ad ipsos magis disponendos, ac pos-  
sificendos, vt possint tūdā alios iuuare. Cui decreto si le opponant:  
indignos se reddunt, quibus dona prius data conseruentur. Id confitent  
Gregorius, dicens de huiusmodi: Qui culmen regiminum vocati sub-  
pere renunt, ipsa sibi plerumque dona adimunt, quæ non pro se tantum  
modo, sed etiam pro alijs, acceperunt; cumq; sua & non aliorum lucrat:  
tant, ipsi se, quæ priuata habere appetunt, bonis priuant. Quod etiam co-  
firmat ac declarat ex confuetudine Legis Antiquæ: quæ habebat, vt sis-  
ter unus absque liberis moreretur, alter defuncti vxorem acciperet, & se-  
licitaret semen fratri sui. Quod si facere recusat: vidua illa bspueret in fa-  
ciem illi in publicè, tolleretque calceamentum de pede eius, dicens sic fiet homini, quoniam  
non adiscat dominum fratris sui: & in posterum vocabitur domiu*disci-  
puli*. Is (ait) per excellentiam frater vocatur, qui post resurrectionem suam  
c. Apostoli suos ac discipulos fratres vocavit: & mortuus est sine liberis in co-  
sensu, quōd non impleuit numerum electorum. Ac propterea post eius  
mortem Ecclesia manus q; nisi vidua; iubetique fratrem superstitem eam  
ducere, cūm ipse inspirat, & committit munus Prælati, & gubernacionis  
animarum habenti talenta ad illud obeandum: vt reluiscet nomen & fa-  
miliam Christi, genrando filios in Esse gratiæ, qui promouent fidem &  
Religionem Christianam. Quod si ex ignavia, aut priuatissimis commodis ad  
facere recusat: spuitur in faciem eius. Ecclesia enim Christi sponsa eam  
contemnit.

12. Corint.

1.4.

1. P. Pastor.

6.5.

b Deu. 25.5.

Matt. 18.

10.

contemnit, eiusque dona parui facit: siquidem expressa dat indicia exigui sui amoris erga fratrem suum natu maiorem, & aeterni Patris primogenitum. Et statim accipit calceamentum vnius pedis: qui enim prius signa dabat, quod vtrumque pedem calceis induitum haberet, duos, scilicet, affectus amoris Dei & proximi, de quibus Apostolus dixit *calceate pedes in preparacione Evangelii pacis.* Hac sua resistentia amittit cum pudore calceamentum vnius pedis: quia deficit in amore proximi, factus reus tot animalium, quot iuuare potuisset, si officium acceptasset, quod ei committebatur. Hec omnia summarim S. Gregorius. Possuntque amplius confirmari moralisens eius, quod referit historia Ruth. Quo (ut supra dictum fuit) cum esset Moabit, mortuo viro, qui fuerat filius Elimelech, nulla prole reliqua, mansit vidua: cumque proximus cognatus inuitaretur, ut eam duceret, ac defuncti hereditatem acciperet: ille cessit iuri propinquitatis, dicens non possem posteritatem familiæ sua delere, ut alienam suscitaret: in cuius rei signum soluit calceamentum suum, & dedit Booz viro prædiuti ac potenti, qui voluit illam ducere, ut legi latit faceret; & gratiam hanc defuncto, eiusque vidua alienigena præstaret. Hunc in modum cum Christus Dominus noster, eiusque Apostoli ac discipuli per Elimelech, eiusque filios significat (ut primo Tomo dictum est) Ecclesiam plantassent in gentilitate, per Ruth significata, mortui essent absque filiis, qui necessarij erant ad familiæ suæ nomen conseruandum; neceste fuit, viros aliquos Apostolicos desponsare sibi Ecclesiam, & succedere in officium, quod illi in eagiuerunt: ut ita per mundum vniuersum dilataretur. Quam ob causam ipse Dominus noster sensim inspirat, & vocat eos, qui talenta ac dotes ad illud obeundum habent. Quorum tamè aliqui sunt sicut proximus ille cognatus Elimelech, qui haec sponsalia refugiant, ne suæ domus commoditate fructentur; suæque conscientiae quietem amittant, si curis aliorum se implient; existimantes sufficere sibi proprias, ideoque renuntiant hereditati & præmio, quod illis ex hoc coniugio proueniret; ne laborem subeant, sequi periculo exponant. Non tamen deerit Deo seruens aliquis & fortis animo, qui locum segnis & pauidi, aut pusillanimis occupet: proprieque de aliquo Booz, quod significat fortitudinem, virum diuitem virtutibus, verbisque & operibus potentem, qui coniugium hoc accepteret, & alterius calceamentum accipiat: quod feruenti quodam amore, ac zelo animas iuuandi induat, comparans sibi cælestem hereditatem; magnaque gloriam filijs, quos gignit, ad suscitandum nomen & familiam scatris sui natu maximi, qui est Christus: cuius exemplum debet nos etiam ad id permouere.

Nam, si huius historie spiritum altius repetamus, deprehendemus primum Adamum mortuum esse absque filiis in statu Innocen-

d Ephes. 6.

15.

Tom. 2 Tr.

s. c. 3 §. 1.

Ruth 4. 6.

Tract. 1. c. 4.

§. 1.

tae: nam statim atque peccauit, mortuus fuit in anima; & ita statum inno-  
centiae corrupti: ut quamvis plurimos filios haberet secundum naturam  
omnes tamen mortui nascerentur inesse gratiae: & natura ipsa humana  
vidua erat & impotens ad tales filios procreandos, nisi ex ipso celo re-  
medium descendisset. Ad quod praestandum ipse metuens filius Dei visi de-  
cruit fieri homo, & frater noster secundum naturam: ut ipse tanquam  
secundus Adam cœlestis suscitaret familiam Adami terreni. Et quamvis  
ipsum præcessissent multi Patriarchæ, & prophetæ cum legi tabulis scil-  
lpta, quam ipse eis dederat, ut animalium salutem promoueret: omnes  
men potuerunt patrum; nec ipsa lex ad id sufficiebat. In cuius testimonio  
(ut ait Origenes) cum Deus apparuit Moysi in rubo, iussit *f. solvere coles*  
*mentum de pedibus suis*; quo voluit significare, futurum tempus, in quo  
appareret ipsum non esse satis sufficientem, ut esset Sponsus & gubernator  
Ecclesia; sed eam relinqueret ipsi Domino, qui in rubo loquebatur  
quando postea fieret pro nobis homo mortalis, qui illam sibi desponsavit  
filiosque procrearet viuentes in esse gratiae; & qui Legem esset constitutus  
cum Sacramentis, & Sacrificijs, virtutis adeò efficacis, ut per  
eius successores possent similes filios gignere, suamque Ecclesiam per  
uersum orbem dilatare, & civitatem cœlestem copiosius condere. He-  
verus est Booz fortitudo Patri æterni, homo ditissimus, & potenissimus  
in verbo & in opere. Qui non est designatus ducere viduam Ruth,  
prius idololatram ac gentilem: ut Ecclesiam suam educeret ex gentilitate.  
Quamvis coniugium illud adeò illi caro stetit, ut grauissimis tolerans  
cruciati bus in cruce expirauerit, ad ipsum matrimonium consummandum  
ut ex hoc intelligent discipuli supitem huius Booz, quanta promptitudine  
& affectu debeat seipso offerre, ad ipsum imitandum; & progedit  
opere ab ipso inchoato; etiam si multi sint labores subeundi, & commo-  
ditates deserenda. Propterea enim dixit Apostolus (ut perpendit S. Ge-  
gorius): *g. si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sumus*: &  
*pro omnibus mortuus est Christus: ut & qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, quippe*  
*ipsum mortuus est, & surrexit*. quasi dixerit: cum Christus mortuus sit, n-  
te mortuum suscitaret: *et quum est, ne, postquam surrexisti, tibi soli vives*  
*revelis; sed ipsi Domino, qui pro te mortuus est: ut iuves ad resuscitandos*  
*alios filios mortuos, maximus tuus felicitati tribuens, quod velit open-*  
*tua vti, & quasi instrumentum adhibere ut in cœptis prædictor. De-*  
*N. I. Q. V. B. quemadmodum Booz non cœpit ex propria voluntate nupcias*  
*illas, sed id petente ipsa Ruth ex directione Noemi, que illam instruxit;*  
*postquam tamen obtulit se ad acceptandum matrimonium, explanans*  
*omnes difficultates occurrentes, ut quod promiserat, impleretur. Itaque*  
*boni Prælati & Evangelici ministri esse volunt, non debent in his nupcias*

*f. Exodi. 3.5*  
*Hom. in eis*  
*locum.*

*g. 2. Corin. 5.*  
*14. Suprad.*

Spiritualibus progredi, sicut qui agunt de carnalibus, in quibus, ut plurimum vir petit uxorem, non uxor virum. Hic vero contra iustus non debet petere, aut uirgente Ecclesiam, ut se Praelatum constituat: id enim praeferat aliquam ambitionem, aut cupiditatem, sed Ecclesia particularis ex consilio supremi sui capitum petere debet & uirgere, ut Praelatus sibi esse velit. Et similiter non debet ambitione alia officia querere; sed necessitas proximorum impellere ipsum debet, ut ea oblata admittat: Cum autem ea admittit ob causas predictas, expedit omnes difficultates vincere, & impedimenta remouere, ut officium suum quiete ac tranquillitate possit, & cum uirtute, & praestantia, quam optat.

## CAPUT VII.

ZELVS IUVANDI SALVTEM ANIMARVM,  
eius excellentia, & fons es Dei erga Zelos.

**V**M ZELVS SALVTIS ET PERFECTIONIS PROXIMO RVM (cuius actus & effectus Tomo secundo retulimus) sit primus effectus, & signum Diuinæ vocationis ad eos iuuandos: operæ pretium erit ab eo nunc inchoare: cum ille merito debeat in omnibus Praelatis, & operarijs Euangelicis singulariter eminere: ut officia & ministeria sua exactè faciant, ut oportet: gubernandi scilicet, docendi, prædicandi, & confessiones audiendi; & reliqua opera præstandi, quæ cū ipsis sunt coniuncta: conando, ut zelus hic valde sit purus, ob duos præcipue titulos. Alter est, ut gloriam Dei propagnet, præueniendo eius iniurias; & operam dando, ut peccatores convertantur, ipsorumque glorificantur, & ut par est, ei seruantur: & ita omnes se impendant in eius laudes, obedientiam & obsequia: eò quod dignissimus sit cui Creaturæ hæc cōiuicē præstet. Alter titulus est, propter bonum ipsorum proximorum, ut à tanto malo, quantum est peccatum, & infernum, liberentur; obtineant verò finem, in quem fuerunt creati: frumentum scilicet Dei in celo. Primus titulus oritur ex primo Charitatis actu, amore scilicet Dei; secundus ex amore proximi; & ultius debent ipsos in se transformare, iuxta illud quod de Saluatorе dicitur: a zelus dominus tua comedit me: ita ut non solum feruens operarius comedat, & ad sua interiora transmitat zelum, eiusque omnia opera; sed ipse zelus eum comedat, omnesque eius parentias: huc ignis deuorat, & in se transformat materiam ad quam accedit: ut quicquid loquetur, & faciet, hoc zelo tegatur, & hoc igne inflammetur. Hic consumere debet omnes carnis &

Tract. 4.  
c. 6.

a Ioan. 2.17.  
Psal. 68.10.

Rer. 3:

sanguinis